

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Speculum viduarum oder: Widwen-Spiegel, in welchem  
der Widwen vielfeltiges Elend, heilsamer Trost ...  
beschrieben werden ...**

**Gilbert, Jacob**

**Braunschweigk, 1613**

Tabula speculi viduae

[urn:nbn:de:bsz:31-127453](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127453)

Hinc quâ sorte patet, quâ fortunaq; fruantur,  
 Pectore qui fido sacri myſteria verbi  
 Pandunt quiq; minus, cum propria commoda querunt.  
 Premia que maneat illos, ceu debita merces,  
 Qualis & hos tacito à tergo pede pœna ſequatur.  
 β. In trifti VIDUA tria ſuntq; notanda SAREPTÆ:  
 Pauperies ſub quâ durâ ceu mole fatiſcit,  
 Eſt contempta, tamen vivâ virtute refulget,  
 Premia cui ſua ſunt; & conſolatio viva,  
 Cum res adverſas Flatus ſolamine vincit.  
 Hinc ærumnarum viduæ mare profluit amplum,  
 Et que confuſam firment ſolatia mentem,  
 Et viduata viro queis ſit virtutibus aucta.  
 De tribus hic agitur breviter præſente libello.

12

3

1

2

3

1

2

3

### TABULA SPECULI VIDUAE.

Eſſe ſtatus hominum triplices, ex fronte libelli  
 Huius præſentis conſtat, talesq; manebunt,  
 Machina dum mundi ſubitos ſubſidat in ignes:  
 Virgineus ſtatus eſt primus, ſtatus eſtq; Jugalis  
 Alter qui letus, Vidualis deniq; mœſtus.

Continet hoc ſpeculû viduæ tria ſpecula viciffim:  
 1. AERUMNÆ ſpeculum, 2. Speculum Solatii, & inde  
 3. Virtutum ſpeculum, queis ſit coſta orba marito  
 Exornata ſuo, ceu gemmis quas tulit Indus.

e3

Ex-



- 1 I. Exponit vidua lernam pars prima malorum,  
 2 Ærumneq; gravis causas pars altera pandit.  
 a. Hæc argumentis duodenis ritè probatur.  
 1 Fœmineo ex sexu vite primordia ducit.  
 2 Est spoliata viro quo habuit nil cbarius orbe,  
 3 Estq; status viduus labis vindicta putanda,  
 4 Æquiparant viduis homines exempla misellos.  
 5 Contemptis vidua vob accensentur iniquè.  
 6 Ipsarum ærumnas convincunt dogmata sacra,  
 7 Hisce fidem rebus permulta exempla facessunt.  
 8 Comprobat id verum, vera experientia rerum.  
 9 Non etiam desunt id quod testentur quocunq;  
 10 Et varia in variis viduarum nomina linguis,  
 11 Dumq; Deus commendat eas tam mente fideli,  
 21 Ipsarumq; gerit cum sollicitudine curam.  
 2. Quid statui viduo causas & præbeat orsa.  
 1 Fœmina conjugio que dispare iuncta marito est.  
 2 Estq; vir in causâ costam sibi funere mergi.  
 3 Talem sæpe statum per tristem accersit uterq;  
 4 Sunt & majores in causâ suntq; Parentes,  
 5 Horum suntq; simul nati de corpore nati:  
 6 Sunt & ~~causæ~~ Satanæ, hominesq; maligni:  
 7 Non rarò causa est, propter peccata, Deum Rex.

II. Altera pars hujus speculi SOLAMEN earum est,  
 Et tractat paucis capita hæc sequentia verbis.

Consola-



Consolamen habet, quo se viduat a marito  
Nupta leuet, ne desperet sub mole dolorum  
Coniugis ex obitu, quem nocte dieq; requirit.  
Quum pro se ducit cum sollicitudine vitam.  
Quando timet Natis, hic consolatio præsto est.  
Quando vel fors est visu miserabile ætæ,  
Vel ~~ætæ~~ eget vita quæ postulat usus,  
Aut habet insanos fragiles aut corpore gnatos,  
Seu quos consumunt morbi, mortivè propinquant,  
Sive timet vitæ, remanenti prole tenellâ,  
Pignore de pravo seu semel conficit ægra,  
Quo sese recreet, qua spe confidat & unâ,  
Si fortasse bonis, cunctis opibusq; timescit.  
Quæq; animos addant viduæ, fors hoste premente.  
Castibus offertur variis generale levamen,  
Concernens viduas, & quæis fortuna sinistra est.

1  
2  
3  
4  
5  
6

III. Tertia pars speculi viduæ est pia & ignea  
virtus.

Quâ Duce opes acquirat, amore Deiq; fruatur,  
Atq; favore hominum, quod dictu, & amabile visu.

æ Virtutes soli quæis sit devota  
Jehovæ.

Agnoscat Dominum, quem terra atq; astra verentur.

1



2 *Præferat ipsius rebus cunctisq̄, timorem,*  
3 *Cum fallant homines, veraci fidat Jovæ.*  
4 *Non redamant homines, ergo huic sit dedita amore,*  
5 *In Jovâ speret, cum spes homini data fallat.*  
6 *Sub cruce sit patiens, patientia namq̄ triumphat.*  
7 *Afiduis Dominum votis, & voce fatiget.*  
8 *Quando petita tulit, persolvat pectore grates.*  
9 *Præbeat attentas Jovæ sermonibus aures,*  
10 *Quem veluti Numen verum, quod rebus in arctis*  
*Auxilio venit, agnoscat, fateatur, ab illo*  
*Divelli nullo casu patiatur in ævum.*

β Virtutes queis sit pro se decorata decenter.

1 *Vitam traducat castam, peragatq̄, modestam.*  
2 *Sophrosynæ studeat, gula noxia, crapula fœda est,*  
3 *Devitans luxum vestitu incedat honesto.*  
4 *Feræ domi faciens fugiat pigra ocia vite.*  
5 *Sit parcus rerum, rerum moderatus & usus.*  
6 *Sit contenta colens non numos Numinis instar.*  
7 *Judicio valeat, sensus & acumine præstet.*  
8 *Omnibus incurvet sese non corde superba.*  
9 *Ardeat in rebus justis mens emula Zelo.*  
10 *Conscia non labis, sed mens sit conscia recti.*

γ Virtutes charo queis sit devincta propinquo.

1 *Sincero flagret vicini semper amore.*

Exbi-



<i>Exhibeat sese facilem, manibusq; benignam.</i>	3
<i>Officiiq; memor benefacta ea predicet ore,</i>	4
<i>Iusticia cultrix, equo &amp; sit dedita iusto.</i>	5
<i>Munera pacis amet concordiam alatq; colendam.</i>	6
<i>Sit facilis vultu, calidam comescat &amp; iram.</i>	7
<i>Candida sit, verax, taciturna, baud garrula, mendax.</i>	8
<i>Sit gravitatis amans, procul à levitate remota.</i>	9
<i>Se societq; probis, commercia ametq; piorum</i>	10
<i>Obtineat tandem laudandi nominis auram.</i>	

FINIS.

*A* Ut prodesse volunt, aut delectare Poëta.  
*Hic mihi non libuit vasto discurrere campo.*  
*Continui metas intra me, deinde libenter*  
*Retinui Authoris Methodum, atq; in carmine, verba,*  
*Quantum permisit mihi non violanda Poësis.*  
*Hoc libro faustè, tute etor amice, fruarè,*  
*Authori grates dic, & det plura, rogato.*

*QVI pro nobis homo factus es Deus, 1612.*  
*Ne VIDVA MarItos Costà probà, 1612.*  
*Et hanC non VIDVA MarItò probò 1612.*  
*Hoc anno, te oro seD VItaM protrabe VtrIq; 1612*

Verificatore —

Zachariâ Böttichero Giffhorn: Pastore Vvipertshu-  
 fensi, in Ducatu Luneburgensi.

Summa.